

*hæretica & schismatica esse clamitant. Reliqua  
pete ex articulo 41.*

*De Imaginibus.*

*Annotatio, Imagines prohibet Deus  
fieri vt adorem<sup>9</sup> eas, aut corâ eis incurue-  
mur, Exod. 20. a. 0. & 34. c. 17, Leuit 26. a. 1,  
Deut. 4. c. 16, d. 23, & 5. a. 8. Imagines odit  
Deus quæ fiût vt adorêtur, Deut. 27. c. 15.*

*Censura, Hæ duæ annotationes in sen-  
su quem prætendunt hæretici contra de-  
terminationem septimæ vniuersalis Sy-  
nodi apud Niceam celebratæ, sunt falsæ,  
detrahentes venerationi sanctarum ima-  
ginum secundum Ecclesiæ vsum hæc-  
tenus approbatum.*

*Quia censurâ repetunt quæ in prioribus ar-  
ticolis, 18 & 19, supra habentur, inde petatur  
refutatio.*

*De Orationibus Sanctorum.*

*Annotatio, Impios non liberabunt iu-  
sti à malis, Ezech. 14. d. 14. Morte Petri &  
aliorum non ipsi glorificabûtur, aut eo-  
rum nomen, sed Christus aut Christi no-  
men, vt legis de morte Petri, qua glorifi-*